

## Band VIII., Nr. 3114, Seite 325-326

*Ritter Konrad Müller von Hausen beurkundet die Vergleichung seines Streits mit dem Kloster Reichenbach um die Mühle in Hausen.*

Ohne Ortsangabe, 1282. Januar 5.

In nomine domini. Amen. Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Cunradus miles dictus Molendinator de Husen salutem in domino. Scire volo universos presentis pagine inspectores, quod cum lis verteretur inter me et heredes meos ex una parte et honorabiles in Christo . . . priorem et conventum monasterii de Richinbach ex altera super ipsorum molendino apud Husen sito, taliter ego et heredes mei liti cessimus et renuntiavimus sponte et pure, quod ipsi prior et conventus Cunrado infanti nepoti meo ipsum molendinum concesserunt ad fruendum et habendum ad tempus vite sue me tutore sibi dato super ipso molendino, cui ego, si ei supervixero, in prefato molendino succedere debeo et ipsum habere ac possidere usque ad mee resolutionis terminum, nosque prefatis priori et conventui in festo sancti Martini unam libram Tuwingsium perpetuo et in capite quadragesime pisces mittere debemus in claustrum ad eos procurandos in prandio ad estimationem quinque solidorum Tuwingsium annuatim. Post mortem vero amborum nostrorum, mei videlicet ac nepotis mei antedicti, molendinum prefatum ad predictos priorem et conventum ac eorum monasterium debet sine contradictione qualibet ipso iure libere redire nullo heredum nostrorum sibi iuris in eo aliquid vendicante. In quorum evidens argumentum dedimus ipsis presentem cedulam sigillorum illustris domini nostri videlicet Ottonis comitis palatini de Tuwingin nec non civium de Horwe, quia proprium non habemus, munimine roboratam. <br> <br> Datum anno domini MCCLXXXII., nonas Januarii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> Das erste Siegel ist ganz abgegangen, vom zweiten ist nur noch ein Rest der braunen leinenen Litze, an der es befestigt war, durch die Urkunde geschlungen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Stiftsarchiv St. Paul in Kärnten

**Signatur/Titel des Originals:**

St. Blasien U 328

**Editionen:**

Gerbert: *Historia Nigrae Silvae*, Bd. 3, S. 200 (nach einem Kopialbuch, fehlerhaft).

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Horb am Neckar Wohnplatz (7484)<br> Horb am Neckar, FDS<br> Klosterreichenbach Wohnplatz (7315)<br> Klosterreichenbach, Baiersbronn, FDS<br> Neckarhausen Wohnplatz (7498)<br> Neckarhausen, Horb am Neckar, FDS<br> Tübingen Wohnplatz (16214)<br> Tübingen, TÜ